



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 90. Sessio XXXVII. Basileensis Synodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Igitur tribus istis, ut supra diximus, Sæcul. XV. A.C. 1439.
 nominatis plena data est potestas, eum, quem ceteris digniorem judicassent, in
 Papam eligendi, simulque alios juxta præ-
 stitutum numerum secum assumendi ele-
 ctiores, qui eandem cum ipsis potestatem,
 atque auctoritatem haberent. His ita
 dispositis, in quadam Congregatione Ge-
 nerali hac super re habita receptum est
 a prædictis tribus juramentum, quo sese
 adstringebant, ut non nisi dignos nomina-
 rent. Interea cum hæc tractarentur,
 percrebuit fama, Basileam cessante lue
 reviviscere, ibidemque serio agi de Pon-
 tifice quantocius eligendo. Rei novi-
 tas Viros numero ac dignitate præclaros
 ex diversis Regnorum finibus, multosque
 Prælatos Basileam accivit,

§. XC.

*Sessio XXXVII. Basileensis
Synodi.*

Tres ergo illi sic nominati, quos *Æneas Sylvius Triumviros* appellat, die vi-
 gesima octava Mensis Octobris in Asce-
 terio FF. Minorum convenerunt, Sessio-
 nem trigesimalam septimam celebraturi.
 In ea omnia impedimenta hucusque op-
 posita, vel imposterum opponenda, quæ
 futuræ electioni adversari possent, nulla
 ac irrita declarabantur, decretumque, ut

*Labbe Cono-
to. 13. p. 623.
et 224.*

Sæcul. XV. secundum antiquiora statuta electio
 A.C. 1439. tury Pontificis in Concilio tantum, & non
 alibi fieret, ac per Cardinalem Arelatensem
 Conventus Præsidentem, & alios triginta
 duos, qui tam ex Prælati, quam inferioris
 ordinis Ecclesiasticis ad hoc seligerentur,
 perficeretur, nec illa valeret nisi ex tribus
 duæ partes in unum concurrerent. Præterea
 statutum, ut iidem Electores ante ingressum
 Conclavis omnes simul sacratissimam Eucharistiam
 sumerent, ac juramentum juxta decretum
 Sessionis XXIII. præstarent: renuntians
 vero in Pontificem sui electionem acceptare
 teneretur, & ante omnia juraret, se firmiter
 crediturum fidem Catholicam secundum traditionem
 Apostolorum, & Conciliorum Generalium, ac
 speciatim pro viribus promoturum observantiam
 decretorum Constantiensis, & Basiliensis
 Synodi, necnon profecuturum electionum
 confirmationem. Postremo decreverunt,
*omne caussarum, & litium exercitium præter
 audientiam Camerae a die, quo deputati
 intrabunt Conclave, suspendendum esse.*

§. XCI.

Novi Pontificis Electores nominati.

Nil jam reliquum esse videbatur, quam
 seligere eos, qui in socios futuræ electionis
 Pontificiæ Triumviris jam antea
 nominati